

ACTA SANCTORUM
JUNII TOMUS QUINTUS
DIES VIGESIMA

SANCTI QUI XII KALENDAS JULII COLUNTUR

DE S. LEUTFREDO ABBATE
IN EBROICENSI NORMANNIÆ DIOECESI
COMMENTARIUS PRÆVIUS
De ejus monasterio, cultu, actis.

[Le lien entre Saint LEUFROI et l'Homme-Dieu BERTANNUM de Cailly](#)

[Page 93](#)

^c
a)it Varen-
nani,

^d
inde Calli-
tam :

^u i
refudit :

9 Pervenitque ad monasteriolum, quod vocatur vulgo ^c Varena : cumque caritate illic habitantes aliquantum temporis eum detinere vellent, nullo modo acquievit, quia feminarum habitaculum illud erat. Egressus itaque petivit locum qui dicitur ^d Calliatus : ubi Dei hominem Bertrannum invenit, cujus in rebus divinis indefessa mentis agilitas ferebatur. Qui dum sermone mutuo invicem de spiritualibus agerent, visum est eis ut aspectibus hominum se subducerent ; et quasi catena colligati, intra claustra domus usque ad finem vitæ in hymnis et precibus permanerent. Sed vir Domini Bertrannus, relictis omnibus quæ habebat, peregre profectus est : devotus vero miles Domini Leufredus, in cœptis persistens, ibidem se velut in specu retrusit. Ibi die noctuque orationibus et vigiliis intentus, fonte lacrymarum ora suffusus, pietati Omnipotentis seipsum commendabat : ut ipse in quo sperabat intentionem et opus suum usque in finem feliciter dirigeret.